

1547  
v6/262.

S. D. Scriberem ad vos frequentius, viri clariss. quorum ego virtutem ac  
doctrinam impense diligo, nisi parum consultum putarem in tanta perturbatione  
reipub. meis h'is non ita magni momenti, impedire viros graviorib. negotijs occupa-  
tissimos. Nunc has h'as trado viro nobili Gallo, qui ut est amator doctrinae  
religionis, ita epus quoq. professor es ac cultores admiratur. Instituit iter Augustam  
et cum Constantiam esset transiturus, noluit praetermittere quin vos, quamvis  
de facie ignotos, salutaret. Commendo illum vobis, quem experientiam virum  
integrum et vere pietatis amantem. Si forte illi opus erit sodalicio, quo  
cum Augustam proficiscatur, quaeso ne officium vrum desit ipsius pietati.  
Nam vram illi humanitatem predicavi, et partem esse iustitiae et Noe viae  
non ignoratis. Porro autem si hoc munus officium scribendi sensero vobis  
non esse ingratum, vtar posthac frequentius, quod idem ut vos faciatis  
oro. Bene valete. Basilee 18 die Augusti 1547

Vr ex animo Franciscus Dryander



